

Zeitschrift: Revue suisse de numismatique = Schweizerische numismatische Rundschau

Herausgeber: Société Suisse de Numismatique = Schweizerische Numismatische Gesellschaft

Band: 2 (1892)

Artikel: Schweizerisches Münz- & Medaillen-Cabinet

Autor: Haller, G.E. von

Kapitel: L: In Nomine Domine Amen

DOI: <https://doi.org/10.5169/seals-171744>

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften auf E-Periodica. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen sowie auf Social Media-Kanälen oder Webseiten ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. [Mehr erfahren](#)

Conditions d'utilisation

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. La reproduction d'images dans des publications imprimées ou en ligne ainsi que sur des canaux de médias sociaux ou des sites web n'est autorisée qu'avec l'accord préalable des détenteurs des droits. [En savoir plus](#)

Terms of use

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. Publishing images in print and online publications, as well as on social media channels or websites, is only permitted with the prior consent of the rights holders. [Find out more](#)

Download PDF: 11.08.2025

ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, <https://www.e-periodica.ch>

suaeque ecclesiæ præjudicium et gravamen, ea propter fideli-tati tue committimus et injungimus studiose, quatenus ab hujus modi cesses penitus et desistas, donec coram majes-tate nostra edoceas legitimis documentis, si quid tibi juris competat in hac parte, hoc nullatenus obmittendo — datum in Baden 6. Idus Aprilis Regni nostri anno primo.

L. *In Nomine Domine Amen.* E. Per hoc præsens publi-cum instrumentum cunctis appareat evidenter, quod anno a Nativitate ejusdem Domini Millesimo, trecentesimo Nonagesimo sexto, indictione quarta Die vero mensis Martij vice-sima nona, Pontificatus sanctissimi in Christo Patris et Domini nostri, Domini Benedicti divina providentia Papæ decimi tertii anno secundo, in mei Notarii publici et Testium infra scriptorum, ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum præ-sentia personalita constitutus Reverendus in Christo Pater et Dominus Guilhelmus de Menthonay, miseratione divina Lausanensis Episcopus, habito prius, prout asserit, consilio et matura deliberatione cum canonicis et civibus Lausanen-sibus ex una parte, et Magister Johanes de Quanturio de Mediolano Monetarius pro cudenda moneta præfati Domini Episcopi ex altera. — Idem vero Dñus Episcopus concessit dicto Magistro Johani Monetam suam cudendam usque ad unum annum, mene incipiendo et continue futurum tantummodo et non ultra in modum et formam inferius ordinatam et declaratam. — In primo videlicet dictus Magister Mone-tarius facere debet et cudere scutum quemlibet aureum cum armis prædicti Domini Episcopi ad Viginti tres Quarate, cum dimidio in lege auri fini, et de sexaginta uno pro Marca^o De Troys in pondere cum octavo unius quarati de remedio in lege et de duodecim granis de remedio in pondere; Et tenetur dictus Magister Johanes dare Mercatoribus sexaginta unum scutum pro quolibet Marca auri fini, et accipiat dictus Dominus Episcopus pro Domino duodecim solidos,

habebunt qe cursum dicti Scuti quilibet pro viginti solidis. Item pro nominatus Magister facere debet, et cudere Grossos ad decem denarios Legis argenti Regis in lege et de octo solidis et quatuor denariis in pondere pro Marca de Troys et tres granos plus vel minus in lege de Remedio et ad dimidium Denarium Grossum de remedio in pondere pro Marca, et recipiet dictus Dominus Episcopus pro Domino duos grossos pro Marca, ac etiam tenetur dictus Magister dare Mercatoribus pro quolibet Marca argenti regis centum et tredecim solidos, et habebunt cursum dicti Grossi quilibet pro duodecim denariis et viginti solidis pro scuto ; item dictus Monetarius magis facere et cudere tenetur medios grossos ad sex denarios in lege argenti Regis, et de decem solidis et tribus denariis in pondere pro Marca de Troys ad tres granos plus vel minus de remedio in lege, et unum denarium grossum plus vel minus de remedio in pondere, recipique Dominus Episcopus pro Domino unum grossum pro Marca, et tenetur Magister praedictus dare Mercatoribus pro quolibet Marca argenti Regis centum et tredecim solidos, et habebunt cursum dicti medii grossi quilibet pro sex denariis. Kursus prædictus Monetarius facere tenetur et cudere Denarios ad duos Denarios et sex granos argenti Regis in lege et ad viginti quinque solidos et septem denariis in pondere pro Marca de Troys, et habibunt de remedio in lege tres granos magis vel minus et in pondere quatuordecim magis vel minus pro Marca, et recipiet prefatus Dñus Episcopus pro Dominio sex Denarios pro Marca, debitque prædictus Monetarius Mercatoribus pro quolibet Marca argenti Regis untum et tredecim solidos, et habebunt cursum quilibet pro uno denario et duodecim pro uno solido. Præterea dictus Magister tenetur facere et cudere obolos ad unum denarium et duo decim granos argenti Regis in lege et de triginta septem solidum in pondere pro Marca de Troys ad tres granos magis vel minus de remedio in lege, et ad octo obolos magis vel minus de remedio in pondere pro marca, et recipiet profatus Dominus Episcopus pro Dominio sex denarios pro

quolibet marca, teneturque prænominatus magister pro quolibet marca argenti regis dare mercatoribus centum et tredecim solidos ut supra. Et est pactum et conventum inter profatum Dñum Episcopum et Magistrum Johānem Monætarium prædictum, quod omnia remedia tam auri, quam argenti in pondere et in lege in casu quō reperiant qū ex agl. monetæ existant in pisside apposite per custodem monetæ fiet, quod illa remedia monetarum prædictarum sint dicto Domino Episcopo quitté et puré, et teneatur Idem Magister illa remedia dicto domino Episcopo restiturre; Item ordinatum est, quod de dictis scutis et grossis ac dimidiis grossis, quod custos dictæ monetæ ponat in pisside de quibus libet decem Marchis unam peciam tam auri quam argenti et de majoribus magis et de minoribus minus ad valorem; Insuper est ordinatum, quod de denariis et obolis prædictus custos monetæ ponat in pisside pro quibus libet quinque marchis denariorum uniuin denarium et de quinq's marchis obolorum unum obolum et de majoribus magis, et de minoribus minus; adhuc ordonatum est, quod in dicta pisside sint tres Claves quarum profatus Dominus Episcopus habeat unam, dictus Monetarius aliam, et custos prædictus reliquam; Præterea inter Reverendum in Christo Patrem et Dñm. Dñm Lau-sañensem Episcopum prædictum et profatum Magistrum actum, pactum conventum est et ordinatum, quod facta dicta moneta per dictum Magistrum custos monetæ ant specialis Nuntius ipsius Domini Episcopi, super hoc deputandus debet ipsam monetam examinare et probare quotiescumque placuerit dicto Dño Episcopo: et si dicta moneta bona reperiatur in lege et pondere, prout supra ordinatum est et declaratum dictus Dominus Episcopus debet et tenetur eandem monetam a profato Magistro recipere, et si forté dicta moneta non esset legis et ponderis ac ordinationis prædictæ idem Magister tenetur ipsam monetam refundere et cudere, ut sit sufficiens suis expensis et missionibus. Item debet dictus Dñus Episcopus dicto Magistro suis expensis ministrare

Domum; Item ordinatum est, quod custos praedictus per Dnum Episcopum constitutus, debet recipere super jure magistri praedicti pro quolibet marca unum denarium; item adhuc ordinatum est quod quando magister tradit les Verges monetæ operariis et le fsion Monetariis dictus custos monetæ sit præsens cum dicto Magistro tam in tradendo quam in recipiendo. Kursus pactum est et ordinatum, quod quando moneta erit facta Monetarius tradat, et eam expeditat dicto custodi moneta ad examinandum eam, et hoc priusquam tradutur praedict Magistro monetæ; Insuper ordinatum est quod flat una arca^o, in qua sint duæ claves, quarum Idem Magister unam habeat, et dictus custos aliam, in qua arca custodiatur argentum et aurum Macatorum et aliorum quorum cunque est unicuique quod suum restituatur; amplius ordinatum est quod operarii et Monetarius praedictus non debeant possidere, capere sue petere eorum salarium sue Mercedem nisi de Moneta perfecte fabricata; Item ultra promissa ordinatum est, quod dictus Magister Johanes reddere tenetur, dicto Dno Episcopo, Canonicis, Clericis, et Burgensibus Lausanæ commorantibus pro quolibet Marca sexaginta et unum scutum et pro quilibet Marca argenti Regis centum et tredecim solidos, ita tamen quod supradicti non possin, emere argentum; Iterum ordinatum est, quod fiant duo libri papyrei; quorum unum habeat custos dictæ monetæ et dictus Magister alium, in quibus scribatur tota moneta quam dictus Magister cudet; Item vult præfatus Dnus Episcopus quod dictus Magister Johanes et sui familiares habeant omnia privilegia et libertates quas habere debent, et hactenus haberunt monetarii Lausanenses; prædicta vero omnia et singula, prout superius suat expressa et narrata promisit dictus Magister Johanes juramento suo ad sacro sancta Dei Evangelica præposita in manu dicti Dni Episcopi corpovaler et flexis genibus præstito et sub expressa obligatione omnium et singulorum bonorum suorum mobiliam et immobiliam præsentium et futurorum quorum cunque profatum

monetam modò formà et conditionibus superius expressis et adnotatis bené et legaliter cedere ac omnia et singula superius enarrata et sibi exposita firmitu attendere complere et inviolabiliter observare et non contra facere vel venire per se vel per alium aliqualiter in futurum; et ad prædicta fienda, complendasque melius et firmius attendenda dictus Johannes de Quanturio Magister Monetarius pluries nominatus submisit se et bona sua omnia et singula jurisdictioni coheritioni, potestati, et compulsioni Curiæ Domini et adjutoris Cameræ apostolicæ parvi Sigilli montis pessulani, et omnium ac singularum aliarum Curiarum tam ecclesiastarum quam sæcularium, de quibus omnibus et singulis supradictis Dñus Episcopus et Magister Johannes prædicti à me Notario publico infra scripto sibi fieri publicum instrumentum una cum appensione sigillorum dicti Domini Episcopi et Curiæ officiarius Lausanensis; acta sunt Lausane in aula Domus Episcopalis prædicti Domini Episcopi anno, indictione, mense, die et pontificatu quibus supra, testibus ibidem præsentibus videlicet Nobili viro Dno Rodulpho de Langino Milite Baillivo Lausanne, Domino Rodulpho de Bona Canonico Lausannensi, Domino Aspione de Tamgio — Licentiato in legibus officialis Curiae Lausanensis, Henrico de Anassiaco, Berango de Loriaco, Domino Francisco Curato de Belfol, Girardo de Alpibus, Johanne Raverat, et Petro de Petra Clericis, cum pluribus aliis fide dignis ad promissa vocatis specialiter et rogatis.

Ego vero Johannes Drullerey Clericus Meldensis Diocesis publicus authoritate Imperiali Notarius Curiæque officiarius Lausañensis juratus prædictis omnibus et singulis, dum sic fierent et agerentur una cum prænominatis testibus intersus præsens instrumentum recepi, et in hanc formam redigi, manusque mea propria scripti et signo mea consentio signari, una cum appensione sigillorum prædictorum in testimonium omnium et singularum premissorum, requisitus specialiter et vocatus.